Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36532
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Duo sunt enim que dicunt porta interior atq; extra hanc atrium
interius quatinus hoc ipsum atrum & exterius sit & intus exte
rius a porta interius autem sic prediximus portis quas narrando sub
iungit. Sca enim ecclia duas uitas habet una quam temporalem
duce alia quam in eternum recipit una qua laborat intra alia
quam remunerat in celis una qua mercedes colligit alia uero in
qua iam de recepti mercedibus gaudet atq; in utraq; uita offert
sacrificium hic uidelicet sacrificium compunctionis & illic sa
crificium laudis. De hoc sacrificio dr. Sacrificium domino spiritus contri
bulatus. De illo autem scriptum est. tunc acceptabis sacrificium iustitie
oblationes & holocausta. De quo rursum ait. vt cantet tibi gloria mea
& non compungar. In utroq; autem sacrificio carnes offeruntur. qa hic
oblatio carnis est maceratio corporis. ibi oblatio carnis est in laude
dei gloria resurrectionis. Tunc quippe illic quasi in holocaustum offertur
caro. quando in eterna in corruptione permutata nichil contradictionis
nichil mortalitatis habuerit qa tota simul a moris
ei ignibus accensa. in laude dei sine fine permanebit. Porta igitur hec
interior. id est scam ecclam habebat interiora sua illam uidelicet
uitam que adhuc oculis nostris occulta est. Habebat extra eam
atrum exterius. id est uitam presentem in qua omne bonum agit. vt
ad bonum sine fine p[illegible]ueniat. Sunt igitur interiori atrio qui tam
extra portam et galilea cantorum qa electi qq. atq; perfecti q
adhuc in carne mortali subsistunt & intra sinum sunt sancte ecclie.
& adhuc extra secreta gaudia interioris uite; sunt galilea
tia cantorum extra portam interiorem & extra portas exterio
rem interius et exterius. qa corda sanctorum que omnipotenti domino desiderium
suum pmagni ardoris amore cantant. etiam uiuunt sunt & adhuc intus
non sunt qa in sancte ecclie sinu posita. etiam uident per speculum quid intus fortitu
ament. & tamen adhuc non uident perfecte quid ament. Sunt itaq;
in interiori atrio galilea. si extra portam uitam eterni sunt
per desiderium. & adhuc intus non sunt per plenarium effectum. Quid est autem
galilea cantorum. nisi scam desideria amantium. quia per cepta
diuina quasi quasdam diuitias custodiunt in mente. quas cantando
seruant. qa per cepta diuina non ex timore sed amore custodiunt.